uidua autem quaedam erat in ciuitate illa & ueniebat ad eum
dicens · uindica me de aduersario meo ; & nolebat per multum
tempus ; Post haec autem dixit intra se ; & si dm non timeo
nec hominem uereor · tamen quia molesta est mihi haec uidua
uindicabo illam · ne in nouissimo ueniens suggillet me ; Ait
autem dns · Audite quid iudex iniquitatis dicit · ds autem non
faciet uindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte ·
& patientiam habebit in illis · dico uobis · quia cito faciet uindictam
illorum ; Uerumtamen filius hominis ueniens · putas inueniet
fidem in terra · Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant
tamquam iusti · & aspernabantur ceteros · parabolam istam ;
Duo homines ascenderunt in templum ut orarent · unus pha
riseus & alter publicanus ; phariseus stans haec apud se
orabat ; ds gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum
raptores · iniusti adulteri · uelut etiam hic publicanus ; ieiuno
bis in sabbato · decimas do omnium quae possideo · & publicanus
a longe stans · nolebat nec oculos ad caelum leuare · sed per
cutiebat pectus suum dicens · Ds propitius esto mihi pecca
tori · dico uobis descendit hic iustificatus in domum suam ab illo ·
Quia omnis qui se exaltat humiliabitur · & qui se humiliat ex
altabitur · Adferebant autem ad illum & infantes ut eos
tangeret · quod cum uiderent discipuli · increpabant illos ·
Ihs autem conuocans illos dixit · sinite pueros uenire ad
me · & nolite eos uetare · talium enim est regnum di ·
Amen dico uobis · quicumque non acceperit regnum di sicut
puer non intrabit in illud · Et interrogauit eum quidam
princeps dicens · magister bone quid faciens uitam aeternam
possidebo · dixit autem ei ihs · quid me dicis bonum · nemo
bonus nisi solus ds · mandata nosti · non occides · non moe
chaberis · non furtum facies · non falsum testimonium dices ·